DE OVIDI FASTIS RECENSENDIS.

(PARS PRIOR.)

Otto Kornius, Ovidi editor nobilissimus, antequam fastorum recensionem inceptam absolvit, ex vita egressus est. collationes libri Reginae et Vaticani, quae in usum eius a duobus viris doctis, Stendero et Mavio, quam adcuratissime Romae erant perfectae, in manus pervenere Friderici Leonis, magistri benevolentissimi, qui eas ad librorum fidem et auctoritatem expendendam mihi tradidit. idem codicem Mallerstorfiensem ex bibliotheca Monacensi transmittendum mihi curavit Rostochium, ubi totum cum editione Teubneriana adcurate conferre licuit. cui viro doctissimo quod tanta in me usus sit benevolentia, commentatiunculae primis verbis agere liceat grates gratiasque quam maximas.

De fastorum recensione ipsa haece videntur summatim praemonenda: Rudolphus Merkelius postquam editione Reimeriana fundamentum praeclare iecit, Rieseus in fastis recensendis ad unum Reginae librum omnia revocavit, deinde Peterus non solum tres optimos codices, Reginae Vaticanum Monacensem, sed etiam octo alios adhibendos censuit, e quibus ad communem archetypum sit ascendendum.[1]) ipse quaestionem instituam eo ordine, ut primum tres illos codices adcurate pertractem, deinde de aliis ad fastos recensendos adiumentis, denique de locis quibusdam restituendis disputem.

A. De libris Reginae, Vaticano, Monacensi.

1) Reginae codex vel Petavianus saeculi X. A audit apud Merkelium et Peterum, R apud Rieseum et in schedis Korni mihi oblatis, quas sequor.

2) Vaticanus sive Ursinianus saeculi XI. (8 apud Merkel. Reim., U apud Peterum, V apud Rieseum Kornium me). descriptus est et Vaticanus et Reginae codex a Merkelio Tbn. I vol. III, pg. VII praef. in collatione Korniana diligentissime distinctae sunt codicum R et V manus duae, prior eius qui codicem scripsit, altera haud multo recentior. ceteroquin enotata in codice V manus tertia, quae non ante saec. XV. vestigia veterum litterarum iteravit, denique manus recentior, quae ante tertiam (sed non a. s. XV.) verba Ovidiana correxit.

1) Merkelius ed. Reim. Berol. 1841, recogn. Teubn. Lips. I 1881, II 1884; Rieseus ed. Tauchn. Lips. 1871—74; Peter erkl. Teubn. Leipz. I 1874, II 1879; Peterus, De P. Ovidi Nas. fastis disput. critica, progr. Meissen 1877.

3) Mallerstorfiensis, nunc Monacensis saec. XII. vel ineuntis XIII. (conf. tamen Peteri disp. crit. pg. 5), D apud Merkelium et Peterum, M apud me.[1]) videtur in scholarum usum scriptus fuisse, cum interpretamentis et scholiis maxime interlinearibus redundet. manus altera, quae nisi atramento non differt, videtur eiusdem fuisse qui codicem scripsit.[2])

I. De corruptelis codicum R V M.

Archetypi R V M vestigia videbimus clarissima, ubicumque libri eodem loco easdem corruptelas passi sunt. loci adferendi sunt hice: I, 289 *dicere* R V M *discere* R^2, 395 *locis* R (et sub ras. V) *loci* M *iocis* recte, 452 *in calidis* R V M *Idaliis* em. Heins., 512 *silvae* R V M *nymphae* ed., 545 *tegea* R V M *tegeaea* pauci ϱ cf. 627, 550 *ferox* R V *ferus* M *feros* ϱ, 636 *venturum* R V M *versurum* Z^2, 652 *regentis* R V M *gerentis* em. Heins. — II, 1 *crescat* R V M *crescit* ed., 103 *pavidus* R V M *vacuus* 1 ϱ var. scr., 122 *his* R^1 V M *hic* B C, 150 *erunt* R V M *eunt* 3 ϱ, 276 *troeIene* R *aroeξene* V *trozene* M *Cyllene* Z m 10 ϱ editores, 367 *vestibus* R V M *cestibus* V m. rec., 396 *istis* R V M *illis* B C Z m 4 ϱ, 398 *e* add. R V M, 499 *procul e Longa* R V M *Proculus Longa* Z m 9 ϱ, 578 *mente* R V *mane* M^1 *menta* M^2 *menae* 2 ϱ, 599 *Lar* R V M *Lara* Z m 6 ϱ, 634 *cibos* R V M *Lares* C Z m, 665 *tectus* R V M *lectus* Barth. — III, 55 *Laurentia* R V M *Larentia* 1 vel 2 ϱ conf. 57, 61 *ministris* R V M *magistris* B m, 64 *iura* R V M *rura* m ϱ, 145 *esse* R V M *isse* ϱ, 146 *repente* R M (sub ras. V) *Perenna* V m. rec. i. r., 293 *adhibe tu* R V M *adhibeto* B C Z m ϱ (cf. Peter. d. c. pg. 3), 351 *credemus* R V M *credemur* ϱ, 356 *adveniente* R V M *a veniente* Neap., 430 *Ut iovis* R V M, 500 *me iuvat* (*viat* R) *et laedit* R V M, 575 *recensuerat* ϱ *recensebat* R V M, 641 *effuge* R V M *et fuge* m ϱ, 829 *sensu* R V M *censu* ϱ — IV, 45 *captae* R V M *Capyi* Scal., 105 *solo* R V M *sui* ϱ, 160 *corda* R V M, 176 *genus* R V M *generum* ϱ, 279 *capax* R V M *rapax* ϱ, 335 *coronarunt* R V M *coronatam* ϱ, 475 *Agrigentaque* R V *Agigentaque* M *Tauromenumque* R V *-onque* M, 476 *Melan* R V M, 480 *prima* R V M *trina* Ian. Ulitius, 515 *perstitit* R V M *restitit* Z m, 593 *Gige* R V *Giga* M, 627 *scilicet et* R V M *sit licet et* Rieseus recte, 667 *resolvit* R V M *revolvit* ϱ, 745 *in utramque* R V M *mulctramque* ϱ, 843 *retro* V M *retror* R *rutro* Heins., 880 *adorat* R V M *adoptat* Z, 912 *leve* ϱ *lene* R V M, 942 *fiat* R V M *pereat* Z m Voss. 9 ϱ.

Ex archetypi corruptelis descendamus ad eas, quibus codicum R et V artior indicatur affinitas: I, 148 *suspectans* R V *despectans* M (var. scr.), 169 *ibidem* R V^1 *ob idem* M V m. rec., 185 *rugosatque* R *rugosa . que* V (deest lit. 1), 315 *missi tibi* ed. 1486. *nisi sit* R V *ibi* R *tibi* V, 317 *dictos* R *dictis* V (*-is* interpolatum ad sensum corrigendum) *ductos* M, 461 *ut nuta* R (superscr.

1) Ad ceteros codices significandos siglis iisdem utor atque Merkelius in ed. Reim.

2) Codicem nimirum, quem archetypum M fuisse veri simillimum est, ante oculos fuisse correctori ex locis multis elucet. conferas I, 304 *furor* M^1 *fames* M^2 R V, 543 *appulit* M^1 *applicat* M^2 R V, II, 23 *ternis* M^1 *certis* M^2 R V, 156 *illa* M^1 *una* M^2 R V, 318 *induit* M^1 *instruit* M^2 R V, 430 *rara* add. M^2, 534 *ferre* add. M^2, 540 *habet immedia* M^1 *habeat media* M^2 R V, 562 om. M^1 add. M^2, 605 *ninpham* M^1 *nuptas* M^2 R V, III, 30 *laurea* M^1 *lanea* M^2 R V, 203 *raptae* om. M^1 add. M^2, 260 *vocant* M^1 *canant* M^2 R V, 283 *ira* M^1 *ara* M^2 R V, 415 *oceano* M^1 *e terra* M^2 R, 425 add. i. m. M^2, 441 *iovis* M^1 corr. M^2, 652 *concitus* M^1 corr. M^2, 668 *mundae* M^1 *multae* M^2 R V, 730 *subposuisse* M^1 corr. M^2, IV, 46 *est* add. M^2, 135 *solvite* M^1 corr. M^2, 369 *memorantur* M^1 corr. M^2, 385 *seducimur* M^1 recte corr., sed M^2 cum R V *subducimur*, 601 *quod* M^1 corr. M^2.

Aurora) *nupta* V *Aurora* M, 563 *perstrinxerat* R V *praestrinxerat* M, 593 *alitis aura* R *alteris aura* V *alter hisauras* M, 668 *terrae* R V *terram* M V², 675 *superis* R V *operum* M *operis* cod. Moret., 707 *dies* R V *die* M *deis* Heins., 718 *timebit* R V *-bat* M. — II, 23 *certis* R V *ternus* M *vestris* Korn., 349 *subito* R V¹ *cubito* M V m. rec., 121 *pectore* R V *carmine* M *pectine* V m. r., 477 *cures* R V *quiris* M *curis* edit., 634 *intinctos* R V *incinctos* Voss., 663 *Thyaterida* R V, 678 *tuus* R V. — III, 37 *pugnans* R V *pugnat* M *pugnant* edit., 96 *uterque* R V *utrique* M, 112 *constabant* R V corr. M, 200 *festa* R V *facta* M ς, 274 *bibit* R V *bibi* M, 416 *aequora* R V *aethera* M, 517 *cum deserit* R V *demiserit* M *demerserit* Heins., 557 *nudatas* R V Korn. *nudandas* M, 643 *ausa* R V *arva* M, 610 *facta* R V *fata* M, 659 *nymphe halanida* R *nymphen alanida* V *atlantida* M V m. rec., 674 *ferebat* R V Korn. *tulisset* M (recte emendatum propter antecedens pron. *sibi*), 683 *dii estudio* R *destudio* V *di studio* M V m. rec., 722 *genus* R *genu* V *genu* M, 723 *subito* R V *subitos* M, 766 *erat* R V *est* M. — IV, 15 *Cythara* R *Cytherea* V *Cytheriaca* M, 21 *a te* R V *ad te* M V m. rec., 24 *tuos* R V *suos* M, 191 *quam* R V *que* M *quem* recte, 191 *scite* R V *scitor* M *sciter* recte, 309 *ornatus* R V *ornatis* M, 501 *patens* M R³ *petens* R V, 536 *sibi* R V M² *cibi* M¹, 575 *immania* R¹ V, 619 *decent* R V *decet* M, 652 *huic* R V *hic* M, 716 *solebat* R *sole bis* V *sol abit* M, 824 *finditur* R V *fungitur* M, 842 *in his* R V *et his* M, 844 *diram* R V *duram* M, 894 *et* R V *e* M, 897 *horridus* R V recte? *sordidus* ς Met. II, 29 *sordibus* M, 912 *premat* R V *tremat* V m. rec. M. — quae his locis a Monacensi correcturae factae sunt, scribas suo ingenio invenire potuisse et maximam partem iam nunc intellegitur et postea accuratius demonstrabitur.

Sed etiam R et M adfinitate quadam iunctos esse his corruptelis, quas communes habent, perspectis intellegas: I, 83 *securi* R M *iuvenci* V, 409 *vestes* R M *vestem* V, 454 *Inache laute* R M *Inachi vacca* V, 466 *dirigit* R M *diriget* V, 495 *errat* R M *horret* V, 526 *nunc minor* R M *non minus* V, 585 *undis g. vixit* R M *ut dis g. dixit* V M², 665 *suspendit* R¹ M corr. R³ V. — II, 18 *vacat* R M emend. V, 39 *auctor idem* R *actor idem* M *actoriden* V, 360 *tuo* R M *suo* corr. ex *tuo* V¹, 582 *dicet* R M *dicit* V. — III, 61 *ministris* R M *magistris* V, 94 *forensis* R M *curensis* V, 212 *nobis* R M *vobis* V, 251 *matrum me* R M *matrem quoque* V (interpol.) *matrem mea* Merkel. Tbn., 313 *dicere* R M *discere* V, 338 *addidit* R M emend. V, 347 *notum* R M *motum* V, 447 *vel iovis* R M, 462 *regenda* R M *legenda* V, 529 *ibi* R M *sibi* V recte?, 663 *etiam nunc* R M emend. V, 766 *amat* R M *amans* V, 787 *tironum* R M *tironem* V, 789 *mitte* R M *mite* V, 846 *recepta* R M *reperta* V M². — IV, 349 *quaero* R M recte? *quaeram* V, 405 *placebat* R M¹ corr. V M², 447 *clamat* R M *clamabat* V, 454 *mesta* R M *mestae* V, 457 *ut quas* R M recte? *quales* V, 477 *que* om. R M, 499 *ad* S. R M *et* S. V, 539 *menalia* R *menalea* M, 639 *virgo est* R M, 659 *vesper ubi* R M *veste rudi* V, 668 *visa* R M *iussa* V, 686 *obvia* R M *humida* V *uvida* ς, 709 *dicere certam* † R M *vivere captam* V (interpol.) *icere captam* Th. Bergk., Merk. Tbn., 740 *tectaque* R M *tactaque* V, 756 *fauno* R M *fano* V ς, 821 *solitum* R M *solidum* V, 940 *siti* R M *sitit* V. — etiam his locis medelas quas attulit V ita paratas esse iam nunc videbis, ut ex scribarum ingenio evadere potuerint.

Accedit peccatorum cumulus, quae ad archetypum V M redire infra cognoscemus: I, 95 *tum* V M *tunc* R, 106 *aqua et* V M *aqua* R (*a* m.² ex *e*?), 177 *tenebat* V M *gerebat* R, 233 *ad* V M *in* R, 236 *ab* V M *a* R, 296 *ista* V M *ipsa* R, 333 *nunc* V M *non* R, 387 *quod* V M *quae* R,

393 *celebrabat* V M *celebrabas* R, 444 *modos* R *sonos* V M, 471 *hinc* V M *hic* R, 559 *abibas* R *abibat* V M, 564 *onus* V M *opus* R, 604 *nomine* R *te quoque* V M, 645 *sparsos* V M *pa.sas* R, 652 *regentis* V M *gerentis* R, 680 *usta sit herba* V M, 720 *percussa* V M *perfusa* R. — II, 8 *sed quis* V M *et quis* R *ecquis* ς, 19 *piacula* V M *piamina* R, 67 *asyli* V M *averni* R *Helerni* recte, 201 *Carmenti* V M *Carmentis* R, 268 *erunt* V M *eunt* R, 306 *loco* R *iugo* V M, 487 *sidera* V M *caerula* R, 515 *tellus doctos* V M, 572 *nec tamen illa* R *vix t. ipsa* V M, 575 *ligat* V M *tenet* R, 585 *captus* V M *victus* R, 587 *iacebat* V M, 612 *tum* V M *tunc* R, 685 *illo* V M, 793 *deripit* V M *liberat* R, 796 *vocor* V M *loquor* R, 829 *coacto* V M *coactae* R. — III, 65 *audierant* V M *audierunt* R, 72 *tum* V M *cum* R, 93 *asper* V M *acer* R, 180 *huius* R *urbis* V M (interpretam.), 219 *passis* V M *scissis* R, 230 *munus* V M *nomen* R, 399 *hortus* V M *ignes*, 460 *venit* V M *redit* R, 471 *similes fluctus* V M, 524 *haud* V M *non* R, 564 *illi* V M *illis* R, 636 *palam* V M *tamen* R, 662 *vera* V M *veri* R V m. rec., 664 *abit* V M *erat* R, 669 *redimita* V M *incincta* R, 735 *ille* V M *idem* R, 754 *summa* V M *prima* R M² *sima* Heins., 762 *candida* V M *splendida* R, 813 *strata* V M *rasa* R, 860 *compulerant* V M *compulerunt* R, 861 *ramis* V M *vittis* R V m. r. — IV, 21 *origine* V M *imagine* R, 55 *patrio* V M *patruo* R, 95 *narrare* V M *numerare* R, 143 *corpora* V M *tempora* R, 160 *nomine corda* V M *nomina corde* vet. ed., 324 *reddas* V M, 362 *a Phrygia* V M, 371 *elixae* V M, 454 *manu* V M, 467 *anamenaque* V M, 715 *perdidit* V M, 724 *facta* V M *festa* R, 743 *sequatur* V M *sequetur* R, 765 *multo* V M *multos* R.

Accedamus ad singulorum codicum peccata. nam haec quoque inspicere opus est, cum ex iis, qua ratione descripti sint libri, optime intellegatur. sed ne taedium afferam eis, qui hanc criticam ut ita dicam inluviem perscrutentur, e scriniis meis primi solas tertiique libri corruptelas expromam. atque codex R corruptus est locis hisce: I, 51 *nam* R *a* i. ras. add. R², 64 *primum*, 68 *terga* (*g* i. r. add. R²), 78 *romulum* R¹ corr. R², 85 *conspectet*, 90 *nomen*, 101 *dis et*, 98 *pestus*, 106 *aqua* (*a* m²), 108 *habiit*, 109 *proprior*, 113 *qm̃*, 125 *librum* (*r* exp. m.²), 131 *aeterno* (*o* R²), 137 *uŕt* R *vester* V, 143 *fexu*, 147 *tritus*, 160 *anno*, 167 *at*, 170 *ne*, 177 *qua* Met. II 681, 196 *quoniam*, 201 *angusta*, 203 *capitalia*, 211 *et* primum om., 243 *tunc ardua*, 245 *ara mea est colli*, 249 *figurat*, 264 *per* R *ad* B C, 268 *novi*, 270 *et iaculatus*, 291 *natus*, 298 *dom.tis*, 299 *iocisque*, 313 *quaeruntur*, 314 *praecipue*, 327 *agat*, ordo versuum turbatus: 323 326 325 324, 325 *agonalia*, 331 *prius*, 332 *est* om., 335 vb. positio, 338 *fac*, 350 *merito*, 351 *latentia*, 356 *tali*, 357 *hic*, 361 *sua*, 381 *pascit ovis prato* (*is prato* i. ras. R¹), 383 *componat*, 396 *locis*, 402 *gramina*, 407 *tunicam collectam*, 452 *utitur*, 455 *positus*, 481 *in factis*, 484 *magni*, 494 *vacua*, 507 *terrae* (R¹ superscr. *ripae*), 525 *flamma*, 533 *recuses*, 547 *auctor*, 561 *perstrinxerat*, 571 *quie*, 589 *.stro* (eras. *ve?*), 591 *cinerosa*, 600 *quod*, 602 *torvi*, 604 *quae*, 615 *dies*, 618 *flent*, 625 *causas*, 645 *pansas* (lit. *n* del.), 646 *corrigit*, 654 *nullo*, 658 *sementica*, 661 *tempore certo*, 671 *matre*, 676 *querena*, 705 *at qu.*, 713 *desunt*. — III, 10 *coepit et huic erbi*, 15 *humo*, 16 *turbatus*, 20 *a* pro *e*, 23 *ipsa*, 26 *calis*, 30 *sacros* om., 44 *sua*, 53 *late*, 88 *eris*, 94 *auribus-turbo*, 106 *polo*, 112 *deo*, 114 *perderet*, 117 *suspensos* (*o* exp. et *a* superscr. R¹), 123 *digitis*, 127 *impatres*, 130 *ligitima quoque*, 140 *itidem*, 150 *innumero*, 155 *etiam nunc*, 162 *noctis*, 168 *putet*, 169 *viribus*, 188 *sacer*, 193 *compare*, 199 *dicit*, 201 *Tures-quod*, 218 *cura*, 225 *vires*, 238 *nudaque*, 239 *tollit in aures*, 260 *namuriumque*, 271 *pedibus* i. m., 272 *suos*, 274 *auctibus*, 284 *coepidis*, 285 *nubilia*, 288 *res pavet — torret habet*, 311 *flumen*, 323 *laquei*, 344 *obigende*, 355 *turba*, 359 *acervo*, 361 *marfine*,

363 *aquae,* 379 *sorte,* 395 *ma,* 397—400 om. R[1] i. m. R[2], 402 *utrumque,* 409 *satyris,* 415 *eterra,* 422 *videt,* 428 *dux,* 435 *nec,* 446 453—54 om. R[1] (i. m. scripti), 448 *Iovi,* 469 *litora,* 474 *illa habiit,* 503 *ne,* 516—63 seq. post 589, 531 *umoque,* 539 *titubent,* 545 *mirabilis,* 546 *rogi,* 552 *mauris,* 564 *illa,* 567 *Milites,* 581 *amnis,* 586 *findit,* 595 *humidas* ex 596, 617 *adfuit,* 643 *illi,* 645 *cumque,* 650 *petunt,* 655 *vescentur,* 663 *est,* 670 *cingebat,* 679 *iunxit,* 683 *estudio,* 694 *a,* 698 *sicca,* 711 *referant,* 712 *erat,* 737 *ad,* 748 *ceteras,* 751 *nexus,* 753 *cabronum,* 755 *asello,* 770 *oppuisse,* 772 *Luciferi — tua,* 787 *possit,* 795 *derit,* 802 *violent — acrium,* 814 *expertis,* 818 *colonos,* 824 *dictior* corr. R[2], 825 *antiqua,* 827 *fibea,* 828 *referre,* 846 *exilio,* 852 *pyrreae,* 865 *orbem,* 873 *cum sorte,* 878 *diuturna.* — in hanc corruptelarum paludem qui immerserit, facile intelleget, quanta cum neglegentia codex scriptus sit. excepta enim sola prima primi libri parte, quae sobrie scripta et a scriba ipso saepissime correcta est, quo longius opus procedit, eo maiore indiligentia codex depictus est, et inde ab libro secundo et tertio scriba ille incuriositate sua praeter omnes incuriosos scribas floret. nam tantum afuit ut sententiarum conexum et metrum respiceret, ut contentus esset, quidpiam vel futilissimum cum descripsisset. itaque metrum saepissime delevit, singula verba et totos versus omisit (cf. II, 168; III, 30, 271, 397—400, 446, 453—54; IV, 25, 159, 358, 504, 527), alios versus ineptissime transposuit (III, 516—63 post 589, IV, 267—68 post 286). denique singula verba sine mente ac ratione diremit his locis: I, 85, 101, 383, 585; II, 39, 111, 335, 425, 523, 524, 556, 853; III, 94, 127, 140, 193, 288, 313, 683, 698, 802, 846, 849, 873; IV, 7, 54, 63, 201, 321, 388, 659, 716, 717, 751, saepius, e quibus locis apparet archetypum codicis R continuis litteris fuisse scriptum.

Conferas contra, quanta cum diligentia is qui Vaticanum scripsit munere functus sit: I, 1 *latum,* 5 *officiique — adversatus,* 6 *in — munere,* 11 *fastus,* 27 *annum,* 36 *vidia* corr. V m. r., 46 *officium,* 56 *cadit,* 58 *dies,* 60 *adverso,* 62 *scondere,* 71 *postera — linguisque,* 74 *lingua,* 97 *obstipui,* 114 *id est,* 141 *vergentia,* 146 *fassus,* 159 *renovantor,* 172 *primo,* 174 *velim prorsus* V[3] (*velis* V[1]?), 180 *primo,* 183 *fecit,* 192 *putes* V[3], 202 *lumen,* 207 *consul,* 212 *volunt,* 220 *nostras* V[3], 221 *nomen,* 222 *concedit,* 231 *ut* om., 241 *coluit,* 260 *Tatii,* 266 *insidiosa,* 282 *que* om. V[1], 287 *magistros* V[1], 295 *quid,* 315 *nubilus aer,* 322 *rogas* V[1] corr. m. rec., 326 *a* pro *ut,* 336 *motis* i. m.: *victis* m[1], 342 *rubri* V *Cilicis*?, 359 *noxa,* 383 *toti,* 387 *semel est gemina,* 389 *Tribiae* (*r* i. r.), 393 *racemiferi,* 396 ras. *mero* V[1] (V[2] superscr. *locis*), 413 *urgent,* 417 *sola — illa,* 422 *iacta* V[3], 425 *animumque,* 435 *consurgens,* 436 *genus,* 447 *id,* 456 *provocat,* 461 *respiciet,* 469 *sic reditur,* 481 *fagavit,* 488 *leta,* 489 *argis,* 494 *et — vacuum,* 495 *mea,* 497 *formata,* 501 *parenti,* 503 *puppi* V[3], 528 *excipe,* 537 *auspiciis — ad agros,* 538 *sustitit,* 547 *hospes,* 556 *obdita,* 578 *tangit,* 585 *dixit,* 589 *vestro,* 592 *contigerant,* 599 *sumet,* 609 *sedes,* 613 *nos,* 626 *amissum,* 628 *non,* 627 *sacrata,* 630 *axaminata,* 642 *ante,* 643 *annis,* 661 *sacris,* 662 *lectis,* 665 *villicus* (*villi* i. ras. V[1]), 668 *quam coluere viri,* 684 *ne populentur,* 688 *aegre,* 704 *nutriat,* 705 *praecedet,* 707 *pacis deduxit,* 717 *Aenedas.* — III, 5 *peragit Minerva,* 19 *obrepit,* 26 *arbo..* corr. V m. rec., 30 *victa* corr. V m. rec., 33 *contigerant,* 36 *pavet,* 51 *pueros,* 65 *audierant — agnitus,* 72 *tum,* 91 *constant,* 107 *vocatur,* 108 *notat,* 111 *et inobservata* V ed. *non observata* R recte, 127 *in urbe,* 161 *mores* corr. m. rec. — *regna,* 164 *iuncta* V *quinta* R recte cf. Peterum a. h. l., 170 *colunt,* 184 *cannis,* 206 *ausa,* 211 *malimus,* 215 *stabant,* 217 *patre,* 219 *passis,* 230 *munus* V *nomen* R recte, 231 *An,* 236 *victae* V *lapsae* R recte, 245 *regi,* om. *ubi, habebat.* 265 *iacet,*

281 *potentibus* V[1] corr. m. ant., 284 *salsaque farra,* 292 *prodere,* 294 *erudit* V editores *edidit* R recte, 348 *deseruitque,* 365 *numinis,* 369 *fulgura* V *fulmina* R recte cf. 289 311 334, 374 *cla* V *mor* add. m. r., 377 *Idque,* 384 *illud* (v. infr.), 387 *qui — ducunt,* 397 *sancta,* 399 *de mense,* 407 *trahat* V m. ant. i. r., 418 *cratere,* 432 *inquit,* 445 *utgrandia,* 452 *comis* R recte *iubis* V, 466 *vincit — venit,* 493 *At* R *ut* V, 572 *est* om., 628 *silet* V edit. *tacet* R recte (v. i.!), 635 *vidit,* 638 *praeparat,* 650 *notata,* 662 *vera,* 664 *abit,* 669 *redimita* V *incincta* R recte, 689 *gaudet* V *credit* R recte, 705 *hausit* corr. m. r., 716 *erat,* 717 *et* i. r., 726 *vitisator,* 735 *ille,* 751 *constiti* corr. m. rec., 758 *ipse,* 769 *Nyseidas,* 786 *ipse,* 791 *dixit — mea* corr. m.[2], 793 *proclivis,* 811 *concurre,* 813 *strata,* 821 vb. positio, 837 *castae,* 850 *deo,* 861 *ramis,* 865 *urnam* V corr. m. r., 878 *ferens,* 881 *adornandus.* — Videmus igitur Vaticanum quoque corruptelis scatere, sed ita scatere, ut, quamvis falsae sint scripturae, sententia tamen fere semper servata sit. cura igitur atque diligentia usus est scriba, metrum delevit I (260), 282, III (811), verba haud recte separavit I 469.

Idem fere iudicabis de codicis M peccatis: I 1—70 (fol. 1) desunt, 72 *bono,* 76 *Falisca,* 87 *festa,* 85 *cum totum spectat,* 92 *fitque,* 109 *altum flamma petit,* 113 *quõ,* 121 *dictis* M[1] superscr. *vel tectis,* 125 *caeli foribus,* 141 *in t̃* M[1] superscr. *tres se,* 148 *despectans,* 176 *expetimus,* 186 *candida,* 190 *labat,* 196 *qua,* 201 *exigua,* 207 *posito populis,* 224 *ipsa,* 247 *ego ego,* 249 *necdum,* 262 *Tacium,* 273 *comperta,* 276 *hanc,* 279 *pateant reditus,* 278 *quaesitis,* 283 *tuentes* M *videntes* R V recte, 296 *propositi pars fuit ista,* 297 *primum,* 299 *vicibusque,* 304 *furor,* M[2]: *vel fames,* 314 *subiuit,* 315 *de,* 315 *imbres* pro *Nonae,* 316 *nonae signa dabunt,* 323 *veniunt,* 326 *sit ut sit,* 333 *nunc,* 359 *mox est,* 387 *cerva,* 395 *licei i. i. v. cultores,* 400 *quique rubro,* 415 *deus,* 447 add. in fine *est,* 469 *ipsis,* 507 *ripae,* 543 *Erichtheidos appulit,* 549 *videns quaerit,* 553 *viri,* 554 *Mulcifer,* 574 *ore* pro *igne,* 592 *contingunt,* 594 *certum,* 599 *nomen, tot nomina,* 626 *ereptum,* 633 *post versaque,* 641 *antiqui,* 661 *sacri,* 671 *matres frugum,* 675 *operum,* 709 *dedux* ras. 2 l. — III, 2 *a casside* (*a* man. alia), 3 *rogas,* 5 *fieri,* 10 *magna,* 9 *tu quoque,* 26 *nixa* M[1] *innixa* M[2], 30 *laurea,* 48 *suas,* 62 *Iliades,* 64 *actas,* 65 *Et,* 66 *parvis,* 71 *Nam — nemorumque,* 79 *homines,* 82 *ysiphilea,* 107 *notatur,* 108 *notat,* 113 *notabant,* 114 *quem,* 115 *foeni,* 125 *usque,* 137 *toto quae,* 162 *deposuisse,* 165 *hinc* et pro *lustrum* corruptum aliquid (sec. Merkelium *'tto*), 172 *missil..,* 176 *solum,* 180 *tum,* 181 *futis* corr. m.[2], 185 *capiebat* R V *carpebat* M, 195 *externis,* 197 *patriumque,* 200 *illa,* 202 *tunc,* 207 *queque* pro *quoniam,* 216 *lituo tubicen,* 221 *blandi,* 228 *dulcius,* 229 *primasque,* 237 *excussae,* 238 *humida,* 258 *ipsa,* 260 *Marmuriumque vocant,* 261 *adoperta,* 265 *furiis* (v. infr.), 271 *fortesque manu,* 283 *versa* (*vel visa* m.[1]) *cum vertitur ira* (*ara* m.[2]), 290 *summi,* 291 *Faunus Picusque,* 307 *temptando vincula pugnant,* 309 *tum,* 321 *summa perductus ab arce,* 337 *verborum* M *sed verum* R V, 342 *erit,* 343 *repellas,* 344 *meo* M *deum* R, 360 *circum,* 362 om. *que* post *metu,* 373 *leni s. v. leviter,* 388 *sonos,* 392 *canunt,* 395 *pugnam,* 399 *demissa,* 403 *rutulare,* 404 *erunt,* 421 *munera,* 422 *imperiis,* 502 *nobis flammas,* 507 *audierat,* 511 *tu iuncta,* 512 *nomer,* 517 *demiserit,* 522 *accipiet,* 527 *tendunt* corr. m.[2], 530 *extensas,* 537 *laetas,* 543 *sermonibus,* 544 *meo est,* 558 *iamque cavo steterant tercia musta lacu,* 561 *lacrimas,* 567 *corisae,* 571 *quamquam,* 576 *petenda novo,* 577 *potens* M *petit* R V — *perosos,* 581 *Gaphidis,* 594 *at,* 599 *figitur* M *ducitur* R V, 602 *functus,* 609 *quo* M *heu* R V, 612 *mortis — tuae* M V m. r., 628 *silet,* 638 *preparat,* 641 *ducere,* 652 *concitus* corr. M[2], 665 *tulerant secum — illis,* 681 *Diana,*

693 *risit,* 717 *nam — corpore,* 718 *explevit,* 728 *recepta,* 730 *supposuisse,* 731 *que* om., 739 *florida* M (v. infr.), 745 *lenisque,* 753 *scrabronum,* 779 *Aut,* 780 *patrio faceret iure,* 792 *sic ut memini,* 793 *vergens,* 797 *ad,* 798 *poscit,* 806 *iam flammas,* 807 *illa,* 810 *a uinctis,* 820 *densat,* 825 *Epio,* 826 *invita,* 829 *feri sensu fraudante,* 837 *Diane,* 849 *tuba* (= R) — *canora,* 852 *heri,* 857 *sanguine,* 863 *pependit ab,* 870 *quae de,* 872 *extensas,* 876 *ad,* 877 *Eous.* — Etiam in hoc codice raro meras neglegentias deprehendes. metrum turbatum est I 395, III 216, verborum ordo saepissime mutatus. librarium id egisse apparet, ut sententias integras servaret, et, cum in discipulorum usum scriberet, legentibus difficultates quoad potuit tolleret.

II. De codicum RVM fide et pretio.

Quoniam de singulorum codicum fide incipitur disputatio, praecipue quaerendum est, quam multas quisque et quam graves interpolationes exhibeat. codicum vero V et M librarios ob eam ipsam causam, quod sententias servare studebant, ad verba genuina si non placebant suo ingenio commutanda maxime propensos fuisse res ipsa docet. de his interpolationibus ita agam, ut eas quae luce clariores sunt primas enumerem.

1) De archetypo VM interpolato. I, 106 *aqua* R (*a* secundum in ras. R^2, R^1 *aque* Heinsio teste). videtur librar. VM legisse *aqua,* quod cum propter metricam rationem ferri non posse sentiret, *aqua et* correxit. — 333 *non* R *nunc* VM. interpolatio nata est ex v. 332, quo veram derivationem emendator credidit indicasse poetam itaque rem *nunc* certam esse. de recto sensu conferas Peteri adnotationem. — 604 *nomine* R *te quoque* VM. artificium audacter interpolantis! nam quid sibi vellet lusus ille vere Ovidianus *(nomine — Magne — maior)* non perspiciens, ut sensum eliceret interpolavit verba faciliora intellectu. — II, 8 scripturam *et quis* (ita R) ex *ecquis* (ς Merkelius) corruptam sine dubio ante oculos habuit interpol. VM, sed cum sensu careret, emendavit *sed quis.* — 67 genuinum optime enucleavit Heinsius coniciens: *Helerni,* quod postea in *averni* (ita R) corruptum est. quod cum absurdum esse sentiret emendator VM legissetque in lucos confugere solere homines sceleratos (cf. fast. II 140, III 431 sq.), scripsit *asyli.* — III, 65 *audierunt* R *audierant* VM. ipl. cum ignoraret in verbo *audierunt* vocalem *e* corripi posse, vitium metricum tollere sibi visus est scribens *audierant.* eodem errore perductus V scripsit v. 860 *compulerant,* I 592 *contingunt* pro *contigerunt* M, V ib. *contigerant.* — 664 miro errore factum est, ut ipl. VM formam *fugit* praesens tempus arbitratus sequentia ita mutaret: *et in sacri vertice montis abit* (*m. erat* R). — sed licet interpolationibus inspersis, quarum modo exempla tantum attuli, fides archetypi VM minuatur: multo graviores audacioresque singuli codices praebent.

2) De Vaticani interpolationibus. I 396 *quicunque* . . . . . *mero* V^1, *locis* RM, superscripsit V^2; *iocis* recte (*locis* et *iocis* facillime inter se confunduntur cf. I 299 *iocisque* R *locisque* recte). scribam Vaticani in archetypo verbum *locis* invenisse et primo scripsisse quam clarissime ex litterae *l* in rasura reliquiis elucet. sed cum vidisset hanc vocem bonum sensum non praebere, pro eraso mira cum licentia inseruit *mero,* priusquam versum ad finem perduxit. — 454 *Inache laute* RM *Inachi bacca* V (*ca* in ras.). correctori nota non erat fabula, qua Io in Aegyptum delata narratur honores accepisse Isidis linigerae. itaque, ut aliquid efficeret, fabulam secutus pervulgatam *Inachi vacca* emendavit, id quod in M altera manus superscripsisse videtur.

antea in Vaticano quoque *lauta* vel *laute* scriptum fuisse ex rasura perspicuum est. pro *lai*... enim scripsit *bacca*. — 547 *auctor* R et archet. RVM, ex qua scriptura leni emendatione genuinum *(actor)* efficitur. ipl. Vaticani suo ingenio medelam afferre conatus vocem *hospes*, Monacensis *heros* inseruit. ex exemplis eiusmodi optime perspicitur scribae R ad amussim describentis erga archetypum pius animus aliorumque licentia atque audacia. — 627 *Tegeae sacra* RM *Tegeae sacrata* V. vitium metricum e falsa scriptura *Tegeae* natum, quam RM inconsiderate descripserunt, ipl. V ita evitare studuit, ut *sacrata* coniceret. — 665 *rusticus* RM *villicus* V (*villi* in ras.). libr. V scripserat sine dubio *rusticus*. postquam vero v. 667 vb. *villice* invenit, huic illud aequandum arbitratus litteris *rusti* erasis *villicus* emendavit. quae fides in codice tam audacter interpolato? — 668 *terrae* RV (somniculose coniunctum cum voce antecedente *da requiem*). cum R et hanc corruptelam et cetera verbotenus describeret, V archetypi errore recepto sequentia ita commutavit, ut sententia quaedam, quamquam eadem atque v. 667, nasceretur: *terrae quam coluere viri*. M contra felici emendatione ut videtur verba sanavit. — II 43 *Naupactoo Acheloo* ita recte RM *Naupacto Anchileoque* V. corrector igitur ad metrum explendum monstrum illud *Anchileoque* formavit. — 119 *quoque* RM *quibus* V. pronomen cum verbo *sonos* ineptissime coniunctum. — 420 *nec* in *et* mutatum. videbatur enim correctori ad totum enuntiatum, non ad ptc. *promissi* spectare. eadem emendatio III 717 invenitur. non perspexit enim sententiarum conexum, quo *nec* cum vbo. *referam* coniungere iubemur. — 791 *somnum* RM ς *poscunt sua tempora somni* V. pronominis *sua* usus scrupulum iniecit emendatori. — III 164 *quinta* RM. ita Ovidium per errorem scripsisse probavit Merkelius ed. Reim. praef. IV. sq.; itaque servandum est cum Petero (cf. ed. Abth. II. ad h. l.). interpolatorem V elucet intrusisse *iuncta*, cum genuinum non rectum esse intellexisset. — 726 *vit* (i. r.) *anus* R *vilis anus* M *vitisator* V. non recte ipl. corruptelam archetypi — de ea enim cogitandum est — perspexit, sed ingenio indulgens aliquid formavit verborum reliquiis simillimum, quod ad Bacchum spectaret. — IV 15 *Cythara* R. ipl. V medelam metricam, quam M re vera attulit, haud recte quidem sed non sine elegantia hoc modo efficere studuit: *mota Cytherea est*. — 309 *ornatus* RV. itpl. V archetypi corruptela servata (quam M recte emendavit) cetera ita tractavit, ut pro *varie* (ita R), quod etiamnunc ex correctura V elucere videtur, *variis* scriberet: *cultus et ornatus, variis prodiisse capillis* V. — 335 *coronarunt* RVM. quam archetypi corruptelam RM ut cetera verbo tenus depinxerunt, Vaticanus ut sensus nasceretur post vb. *puppem* copulam *et* inseruit. — 705 *stipulis* V. scrupulum iniecit emendatori singularis usus *stipula*. — sed satis de Vaticano. quam fidem mereatur liber tam nefarie interpolatus, in perspicuo est.

3) De Monacensi interpolato. I 76 *Cilissa* RV. Monacensis vocem *Falisca* audacter ex v. 84 deprompsit. scribas ipsos rem non perspexisse quam certissime apparet ex interpretamentis quibusdam a manu[2] (vel m.[1]?) in margine adnotatis: *de Faliscia vel silisca Desiliscia* et al. eiusmodi. — 262 *tacitos* RV *Tacium* M ex v. 260. — 547 vide supra. — II 323 *fregerat* RV *frangit et* M. tempus praesens intulit propter v. 321 *relaxat*. — 530 *signatur certa curia quaeque nota* R *s. cera c. q. sua* M. mendo librarii exstitit scriptura *cera*, cui ut versus ultima vox accomodaretur, pron. *sua* induxit. — III 229 *quae prima* RV *primasque* M. hac interpolatione libr. id egisse videtur, ut versus quasi elegantior sonus exsisteret, id quod tam callide assecutus est, ut Korni ipsius oculos praestringeret. sed offendit copula *que*, cum appo-

sitionem potius exspectemus. deinde adi. *primas* substantivo *Kalendas* additum supervacaneum atque molestum est, nisi forte — id quod hoc loco vix fieri potest — eodem modo atque v. 135 intellegitur. sed fieri potest, ut interpl. M secundum hunc versum emendaverit. — 265 *l. ris* V *loris* R *firiis* M. conf. infr. part. C. — 343 *procures* RV. Monacensis pro *procures* scripsit *repellas,* fortasse quod hoc clarius, illud propter correptam syllabam *prŏ-* suspiciosum videbatur. — 571 *quamquam* Monacensi ad sensum aptius visum est. — 717 interpolationem videmus nefariae licentiae plenam. libr. M enim ignorans, quo spectent verba *nec puer* versum talem fabricatus est: *Nam puer* (*vel pater* m.[1]) *ut posses maturo corpore* (ita M) *nasci Explevit patrio corpore matris opus.* — 739 *flumina* RV *florida* M. vide infr. part. C. — 766 *amat* RM. Vaticanus recte coniecit *amans.* M ad tempus idem efficiendum versum incepit *haec est* (*erat* RV). — IV 79 *Huius erat Solymus comes unus natus ab Ida* M. scriba igitur vb. *Phrygia* aut ipse omisit aut omissum invenit intrusitque ad metrum sanandum vb. *natus.* idem factum est v. 323. *si mihi crimen abest* M et v. 447 *clamat* RM *Io Io* M. — 557 *es* RV *vis* M. oxymoron vere Ovidianum librario audacius visum est. — 612 *Tartarea* MV m. rec. in Taenaro quoque promunturio ignoravit ipl. aditum fuisse ad inferos. — 731 *populis* M[1]. offendit vocativus sg. in *us* definiens. — 839 *vel fracta* (*fractam?*) *vomere terram* M. videbatur terra potius quam fossa frangi posse. — — Videmus interpolationes M, quarum modo exempla praelibavi, non eadem qua Vaticani audacia inventas esse. sed piget fere accedere novum genus, quod saepius in libris recentioribus reperitur quodque codicum fidem quam maxime minuit. nam cum interpolationes quas enumeravimus semper speciem quandam causae etsi futilissimae prae se ferant, alias detegemus in Monacensi, quae nulla ratione meraque mutandi libidine inductae clarissimis optimisque poetae verbis vim afferant:[1]) I 296 *promissi pars sit et ipsa mei* RV *propositi p. fuit ista mei* M, 315 *Institerint imbres missi de nubibus atris: Nonae signa dabunt* M pro *Institerint Nonae; missi tibi nubibus atris Signa dabunt imbres.* II 286 *concipit ipse fugas* RV *concitat ille feras* M, 329 *quia* RV *pia* M (rasura ante litteram *p* demonstratur legisse scribam *quia*), 347 *Interea* RV *Iam tenues* M (adi. *tenues* ex v. 319), 425 *non tu* RV *quae nec* M, 459 *nam iuncta micatis Signa* RV *nam i. duorum* S. M, 770 *ille* RV *iamque* M. III 321 *summa perductus ab arce* M pro *valida perd. ab arte*, 511 *tu mihi iuncto toro, tu iuncta vocabula sumes* M (anaphoram induxit), 558 *inque cavos ierant tertia musta lacus* RV *iamque cavo steterant tercia musta lacu* M, 681 pro Minerva dea Dianam induxit, quamvis huius praeferendae ne futilissima quidem causa subesset et quamvis v. 693 Minervae nomen servaverit. idem fecit v. 837, ubi de Minervae templo agitur. pro *Henna* induxit IV 422, 455, 462 vocem *Ethna*, frequenti errore ut videtur (cf. Sen. Herc. fur. 660). IV 347 *non perstitit* RV *tunc exstitit* M, 623 *ni fallor* RV, *si memini* M.[2])

1) eiusdem generis emendationes deprehendi in Vaticano solas hasce: I 174 *ad quoscumque voles, inquit, habere deos* RM ⊂ *a. q. velim prorsus h. d.* V[3], III 387 *a saltu nomina dicta* RM *qui s. n. ducunt* V, IV 546 *in ceris aurea mella suis* RM *in teneris a. m. favis* V, 613 *factura fuit* RM *fecisset idem* V.

2) qui his locis, quibus addere plura licet, tam aperte ingenio suo indulsit, eum has quoque scripturas quas solus habet non depinxisse sed invenisse facile concedes: I 591 *cinerosa* RV *generosa* M (bona coniectura), II 328 *succubuere* R *sic cubuere* V *secubuere* M (bene, fortasse ex am. II 19, 42, III 10, 2. 43, III 9, 34), 349 *subito* RV *cubito* M omn. ed. Rieseo excepto (at RV bonum sensum praebent!). bene excogitavit M II 532 *relata* (pro *relicta*), III 557 *nudandas* (*nudatas* RV), IV 824 *fungitur* (*finditur* RV). alia omitto. itaque his locis non mihi persuasit Peterus (cf. d. c. 13 sq.) augeri fidem codicis.

Quas clarissimas utriusque codicis interpolationes praelibavi, ut intellegas, quam audaces fuerint interpolatores. eo magis concedes locos, quos adlaturus sum, easdem artes perpessos esse, quos si in meliore codice invenisses, fortasse nonnunquam sanos putares:

a) saepissime V et M genuinam scripturam ob eam solam causam permutaverunt, ut pro simpliciter dictis exquisitius aliquid elegantiusque insererent: I 283 *videntes* RV *tuentes* M, cuius scripturae elegantia et Merkelius (ed. Tbn.) et Peterus decepti sunt. simillimus locus est met. I 85, quo et fragmentum Bern., et omnes libri Korniani *videre* (ita Rieseus, Merkel. Tbn.) exhibent et quo Kornium Heinsianum *tueri* recepisse sane miramur. ceterum conferas Pl. Curc. 260, (Verg.) Aetn. 224. — 574 *Aetnaeo ab igne* RV *A. ab ore* M. — 688 *ulla* R Merkel. (ed. Reim.) *aegra* VM Burm. Merk. (Tbn.) Peter. pronomen *ulla* sine dubio frigidum et languidum interpolatori visum est, qua de causa elegantius aliquid intrusit. idem sensit Rieseus, sed meliore critica ratione quam corrector ille a genuina script. *ulla* profectus *usta* coniecit. sed supervacanea est emendatio, cum *ulla* probum et bonum sit. liceat paululum digredi locosque alios addere, quibus praecipue Vaticanus, qui in hac re audacior, eodem modo pronomina simplicia eiecit: I 642 *ille* RM *ante* V[1] (ubi genuinum *ille* V[2] superscripsit), III 180 *huius* R *urbis* VM. *ipse* ut pronomen gravius positum pro *ille* III 758, 786, IV 155. ut pronomen *ipse* pro *ille*, ita *haud* pro *non* interdum adhibet Vaticanus III 524, IV 609. — II 209 *gente* RV *rupe* M. quam interpolationem omnes praeter Rieseum editores receperunt. — 306 *loco* R Rieseus, *iugo* VM Merk. Peter. — 585 *immodico I. victus* R ita solus Rieseus. quod cum Vaticani correctori sine dubio haud apte dictum videretur in Iovis maiestatem, elegantius scripsit: *indomito I. captus.* Monacensis medium quendam locum tenens exhibet: *immodico I. captus.* codicis R scripturam ex parte tuetur Pauli Diac. carmen IV 9 (poet. lat. aev. Carol. pg. 44), quod metro elegiaco scriptum Ovidianam spirat elegantiam: *immodico flagrat de vestro pectus amore*, quamvis nemo pro certo contendat Paulum hoc loco Ovidi verba ante oculos habuisse. — 793 *liberat* R *deripit* VM. — 796 *loquor* R *vocor* VM. — III 599 *ducitur* RV *figitur* M, ita praeter Rieseum omnes. — IV 656 *tegit* RM Rieseus, *premit* V ceteri. — 713 *patentes* RM *nitentes* V. — Talia aliis locis saepenumero invenies.

b) Haud raro librarii dictionem Ovidianam nimis poeticam vel obscuram vel a vulgata oratione aberrantem arbitrati clarius aliquid et tritius intruserunt: I 564 *opus* R *onus* VM. substantivi *opus* usus monachis suspiciosus fuit. — 720 pro inusitato ptcpio *perfusa* R (Merk. Rieseus), id quod Zingerleus recte comparavit cum met. VII 594, Aen. IV 61, interpolator VM ex I 347 vbum simplicius *percussa* (ita Peterus) inseruit. — II 19 *piacula* VM. tritius enim est quam *piamina* R. de substantivis in *-men* definientibus ab Ovidio adamatis conf. Haupt. ad met. II 596. — 418 *fingit* RV edit. *lambit* M. — 575 *tenet* R Rieseus *ligat* VM Merkel., Peter. — 587 *latebat* R *iacebat* RM. — III 36 *micat* R *pavet* V *salit* M (interpretamenta?). — 107 *petatur* R *vocatur* V *notatur* (ex v. 108) M. obscurior visa est genuina lectio. — 219 *scissis* R *passis* VM (interpretam.?). — 669 *incincta* R Rieseus, *redimita* VM Merkel., Peter. (interpr.?). — 735 *idem* R *ille* VM. *idem* hoc loco gravius videbatur. — 837 *captae* RM *castae* V. e quibus Minervae epithetis hoc pervulgatum, illud inusitatum. — IV 214 *modos* RM *sonos* V. confer. I 444, *sonos* VM, III 388 *sonos* M. — 330 *atria* RM *ostia* V. cogitavit enim interpolator de urbe notissima, de sensu vbi. *atria* cf. Peterum ad h. l.

c) Novum interpolandi genus iis locis perspicitur, quibus librar. V et M pro genuinis eas voces induxerunt, quas aliis locis iisque praeclaris vel Ovidianis vel ceterorum poetarum legerant. atque ad v. I 97, 207 (cf. etiam notam de Cincinnato fabulam), 393, al. Peterus disp. cr. pg. 12 sq. locos unde hausti sint adnotavit; exempli causa addam haece: II 831 *ferro* RM *cultro* V. viro docto haud ignotum erat Lucretiam cultro sese necasse. conf. Liv. I 58, 11 *cultrum, quem sub veste abditum habebat, cum in corde defigit,* id quod etiam ex v. 839 didicisse potest. — III 113 *notabunt* M ex v. 107 et 108. — 813 *rasa* R *strata* VM fortasse ex am. II 14, 8, tr. II 282. — IV 45 *repetita* VR ita solus Rieseus, *recidiva* M ceteri. *recidivus* est verbum Vergilianum (Aen. IV 344, VII 322, X 58. cf. Sil. It. I 106, Charis. pg. 99, 19 K). clarissimus genuinae scripturae testis est Servius ad Aen. X 145 (ed. Thilo) *Ille dedit Capyi repetita voc. Troiae.*

d) Denique exempla pauca adferre liceat, quibus interpolatores traditorum verborum bonum sensum, quippe qui homini parum subtiliter cogitanti non primo aspectu intellegeretur, non perspexerint suaque inventa intruserint: I 604 *nomine* R *te quoque* VM. — II 493 *removent* RM *remanent* V. — 776 *qui fuit* RM *quo fluit* V. — Sed omitto interpolationum acervum novis exemplis adcumulare. noli autem credere me enumerasse omnia. nam tantum abest ut illas exhauserim, ut ne ex schedulis quidem, quibus interpolationes enotavi, eas maximam partem excusserim: quasi gustationem protuli. omitto etiam locos addere, quibus variae scripturae vel notae vel interpretamenta in fastorum verba illapsa sint, quo malo M multo magis quam V affectus est.

4) De codice R interpolato. si ea quae pg. 5 diximus in memoriam revocaveris, per se clarum tibi erit librarium R, ob eam ipsam causam quod neglegenter opere functus non sententias sed verba respexerit, haud ita inclinasse ad tales artes exercendas. verumtamen loci tres aperte interpolati exstant, quorum duo inveniuntur in primi libri prima parte, ubi maiore scribam diligentia usum esse supra commemoravimus: I 245 *ara mea est colli* R *arx mea collis erat* VM. verbum enuntiati ad praeteritum tempus respicere debet, quoniam *haec aetas* v. sq. opponitur rei, quae pristina aetate facta est. interpolatio autem emendatorem parum dexterum olet primoque aspectu perspicitur. correcturae enim fons est subst. *ara,* quod leni corruptela natum est. quocum scriba cetera ita consociare studuit, ut versus efficeretur. — 381 *Pascit ovis prato* (*-is prato* in ras.) R[1], *p. o. pratum* M, *Poscit ovem fatum* V. codicis R scripturam recepit Merkelius solus in editione Reim. (cf. praef. pg. CCLXXXVI). ac potes sane hunc locum ab interpolationis suspicione defendere, sed non defendes nisi artificiosa ratione. offendit enim primum temporum variorum usus, cum postea desideretur praesens *carpit.* deinde v. 381 duo enuntiata haud bene cohaerent: non intellegimus quid sibi velint hoc loco verba: *pascit — prato.* nam exspectamus verba *verbenas improba carpsit* dicta esse, ut declaretur, quo modo factum sit ut ovis immolaretur: „etiam ovis necanda est, verbenas enim decerpsit.“ si hanc sententiam non praemisissset Ovidius, vix pergere potuit: *Quid tuti superest, animam cum ponat in aris Lanigerumque pecus* q. s. hoc denique tibi persuadebit interpolatum esse R: sunt enim litterae *-is prato* ab R[1] in rasura scriptae. videtur igitur arch. RVM praebuisse: *pascit ovem fatum.* scriba R his verbis verbotenus depictis cum intellexisset inepta sese descripsisse, in prima voce stupide haerens correxit, ut cetera adcommodaret [vel archetypi variam scripturam recepit]: *Pascit*

ov/is prato/. eandem viam sed meliorem rationem grammaticam secutus M effecit: *Pascit ovis pratum*. librarius V denique, quem haud indoctum fuisse interpolationibus supra enumeratis demonstravimus, vero fonte corruptelae perspecto ut videtur verbum primum leniter commutavit. — Ab interpolationis suspicione tertium defendi non potest III 323, ubi R haec praebet: *quae carmina dicat, Qua* (*a* in ras.) *trahat a superis sedibus arte Iovem*. librarium apparet, cum v. 323 singularis *dicat* (*dicant* VM) illapsus et in sequentibus copula *que* omissa esset, cetera consulto ita commutasse.

Locos modo enumeratos veras habebimus interpolationes; ceterae quas viri docti in suspicionem vocaverunt nullae sunt. Merkelius enim in editione I Teubn. praef. pg. IX interpolatos dicit locos hosce: I 585, II 29, 115, 149, IV 73: I 585 *undis gratissima vixit* R, ita etiam M[1], sed *ut dis* M[2], *ut dis gratissima dixit* V (*vixit* recte editores). quo iure Merkelius hoc loco interpolationem cernat, non intellegitur. an Carmenta, ideo quod v. 511 fontes alloquitur, *undis gratissima vixit*? sed hae ineptiae. nam ommino absurda est scriptura atque elucet librarium, id quod iam antea vidimus, verba haud recte separasse et ita ex *ut dis*, quod continuis litteris scriptum erat, verba non sententiam secutum *undis* effecisse. — II 29 Merkelius ad interpolationem indicandam collationis qua utebatur errore perductus videtur, cum verba codicis ita afferat: *quae corpora nostra piant*. R. secundum exemplar Kornianum haec verba sic scripta exstant: *que* (m.[1] corr. *quo*) *corpora nostra piantur* R. — 115 secundum Merkelium: *Cytharam quatens*, secundum exemplar Kornianum: *cytharamque tenens* RV (ita etiam M). sed licet recte sese habeat scriptura Merkeliana: interpolationem tamen non video. — 149 Merkelius: *iuba rextulit* R; Kornius: *iubar extulit* R. si script. Merk. recta est, non interpolatio sed inepta verborum distributio statuenda est. nam quae R praebet, omnino sensu carent. — IV 73 *fatis agnatus* R, id quod ex errore natum est, cum litterae **n** et **it** facillime inter se confundantur. Halaesum nothum fuisse Agamemnonis scriba aut omnino ignoravit, aut si scivit, is qui ceterum tam parum diligentia atque iudicio usus est, incuriosior erat quam ut insereret.

Sed transgrediamur ad Rieseum, qui vol. III, praef. pg. VII has interpolationes indicat I 83, 245, 351, IV 47 all: I 83 *ferienda securi* RM *ferienda iuvenci* V. cum enuntiatum relativum v. 84 nullo modo ab adi. solo *rudes operum* pendere possit, Vaticanus hoc loco praeferendus. *securi* autem ex locis similibus vel adscriptis vel in memoria scribae fixis in versum illapsum videtur. exstat enim hoc distichon, quod fastorum versibus fere par est, in ep. e. P. IV 4, 31:

colla boves niveos certae praebere securi,
quos aluit campis herba Falisca suis.

conferas etiam fast. IV 415: *apta iugo cervix non est ferienda securi*. cum autem et R et M hanc lectionem praebeant, eam in archetypo RVM exstitisse apparet. nam ut breviter dicam censeo etiam Vaticanum eam ante oculos habuisse et qua erat dexteritate correxisse ex locis eiusmodi: met. X 272, fast. III 375—76, IV 335, quibus omnibus substantivum *iuvenca* in fine versus legitur, praecipue autem ex am. III 13, 13:

ducuntur niveae populo plaudente iuvencae,
quas aluit campis herba Falisca suis,

cuius carminis interpolator eo magis recordari potuit, cum etiam hoc loco pompa atque sacrificia describantur. — 245 recte, ut vidimus. — 351 *latentia sulcis* R *lactentia sulcis* M *lactentia*

sucis V. Vaticanus hoc loco editoribus omnibus placuit sed equidem causam non invenio, qua commotus R elegantissimam scripturam *lactentia sucis*, si genuina erat, temere mutaverit. immo librarii V artes callidissimas videmus. scrupulum iniecit interpolanti epitheton *teneris* sbstvo. *sulcis* adiectum substituitque *sucis*, ad quod adi. illud melius quadrat. sed etiam aliis locis hoc epitheton simili modo usurpatur: am. II 16, 16 *et viret in tenero fertilis herba solo*, am. III 5, 16 *cumque sua teneram coniuge pressit humum*, praeterea art. I 299 *prata tenerrima*, am. III 10, 10 *teneri caespites*. iam videmus scribendum esse *lactentia sulcis*. nam scribam R litteram *c* in *lactentia* qua erat neglegentia omisisse causa metrica demonstratur, id quod omnino non commemorarem, nisi Algermissenum (quaest. Ov. crit. Monaster. 1879 pg. 20) ipsam scripturam *lātentia* viderem approbantem. — IV 47 Rieseus quomodo nobis persuadere possit interpolationem latere nescio. nam illud *hanc*, quod R pro *hunc* praebet, non minus ineptum, quam scriptura *ab illo*, cum in versu ita parato verbum deficiat. *ab illo* autem nihil est nisi interpretamentum, quod ad *haberet*, vel ad *post hunc* adscriptum locum occupavit.

Hactenus de Riesei et Merkelii interpolationibus. denique paucis tangamus locos duos, ubi cum archetypum interpolatum fuisse appareat, correcturae codici R non sunt imputandae: II 499 *procul elonga* RV (recte Zm), ubi interpolatio e genuinis verbis *Proculus longa* haud recte separatis orta est. — III 517 *Sex ubi sustulerit totidem cum deserit orbes* RV (pro *orbes* praebet V[1] *horas*, cui verbo m. rec. superscripsit *orbeis*). versuum 517—19 sententia in aperto: „diebus sex post coronae ortum intermissis Equirria spectabis.“ sed offendit et sensus et tempus verbi *deserit*. exspectamus enim primum tempus praeteritum, deinde verbum, quod „demittere“ sc. in Oceanum significet. haec vidit atque egregie correxit Heinsius, qui scripsit *demerserit*, quae coniectura elegantior quam codicum MCZm, qui *demiserit* scripserunt. confer. fast. I 656, II 78, III 406, IV 388. iam interpolationis origo in aperto est. omissa in verbo *deserit* una syllaba, ut versus expleretur, inserta est coniunctio *cum*.

Quid igitur de fide Reginae codicis? locis tribus exceptis codex interpolationum labe prorsus caret ac virtute sua toto caelo distat ab deterioribus V et M. „exceptiones confirmant regulam.“ si hac voce de populo arrepta rem diiudicare licet, omnino non interpolatus est.

Trium autem codicum adfinitatem fidemque hoc stemmate facillime illustrabimus:



codex R, quem iure vocamus omnium longe optimum, ad arch. *α* proxime accedit videturque — praesertim cum ex libro continuis litteris scripto exaratus sit — medii aevi manus interpolatrices omnino perpessus non esse. ex eodem fonte manavit arch. *β*, frater codicis R, sed minoris pretii, quippe qui interpolationibus — quamquam haud ita gravibus — affectus sit. multo audacius ac saepe haud sine elegantia emendatus est V, ita tamen ut fere semper causa quaedam correc-